



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Davidis Regii Prophetae Psalterivm

Moritz <Hessen, Landgraf>

Smalcaldiae, 1593

VD16 B 3258

Psalmvs XLIII. Iudica me, Deus, & discerne &c.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68864](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-68864)

*Erige te potius, spera auxiliumq; Jehouæ,
Huus ope adiutus bonitatem mox celebrabo
Hac ego voce: Deus meus & munitio firma es.*

PSALMVS XLIII.

Iudica me, Deus, & discerne &c.

TV Deus o, rerum princeps, meus & quior esto
Vindex: tu partes adserere, quæso, meas.
Me, rogo, defendas, ne versutissimus hostis
Opprimat, & sauo me domet ille iugo.
Robur enim nemo, nisi tu, mihi reddis & auges,
Cur igitur pulsus me sinis esse, Deus?
Mené diu tristi video as incedere vultu,
Dum meus hostis adest, instat, et urget atrox?
Mitte tuam lucem, verum quo cernere possim,
Et sic omnis erit semita trita mihi.
Ad tuas sic veniam sacrati culmina montis:
Te duce, me sistens, est ubi sancta domus.
Eius tunc iterum supplex altaria visam,
Qui fons laticia, delicii q; mei.
Atq; tuas cithara laudes celebrabo sonora,
Carmina gratanti pectore leta canam.
Mens mea, cur tristis, rapido cur angeris astu?
Mœsta

*Mœsta quid affligis corda premente metu?
Fide Deo, cui nunc latus praconia dicam,
Namqz salutis erit causa caputqz mea.*

PSALMVS XLIII.

Deus, auribus nostris audiuius &c.

*C*uius ab eterno diuina potentia nota est,
Tu, qui sine cares principioqz, Deus.
Auditu patuit nobis patrumqz relatu,
Quanta euo fuerint edita signa suo:
Quando illos docuit tua dextera cadere gentes,
Dilectoqz dedit rura habitanda tuo.
Quando alienigenas statuisti perdere, ut horum
Subiiceres populo regna tenenda tuo.
Non tamen hanc hominum gladii tenuere salutem,
Tumqz suo victor robore nemo fuit.
At dextra virtute tua victoria parta est,
Tradidit hec nobis regna tuusqz fauor.
Nostrorum integritas, & auorum vita, fidesqz,
Præ cunctis populis, complacuere tibi.
Nunc tu, summe Deg, mihi Rex fortissimus idem
Qui tua Iacob o firma statuta dabas. (es,
Vindice, nam nostros, te, debellabimus hostes,

M Nomine